UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Hierosolymam ingreditur. 60

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

captum, denique ad pridie Calendas Septembres in portum, & quincto poſt die in vrbem ſacram induxit: cùm Venetijs pridie Idus Iulias diſceſſiſſet.

60 Hic ſuprà quàm credi facilè poteſt, magnis lætitijs inundari IGNATIVS, cùm eminus primæ religionis rudera aſpiceret; vrbem veteribus monimentis inclytam, ac tot prodigiorum feracem. Ibi quoad morari licuit, aſſiduis gaudijs affluebat: & noua ſemper voluptas erat, loca alia ex alijs obire; eáque præſertim veſtigia religioſè venerari, quibus olim impreſſis, humum hanc Chriſtus nobilitarat.

61 Nec verò conſilium illi fuit, inde aliquando excedere; ſed omnem ibi de cætero vitam & hiſce ſtudijs, & traducendis ad Chriſtũ barbaris addicere: quanquam, ne quas gloriolas mer-